

78 N 14 [126] VD 18

GRATAE MENTIS
 TESSERA
 AD
V I R O S
 PERILLVSTRES
 REVERENDISSIMOS
 GENEROSISSIMOS
 ATQVE
 EXCELLENTISSIMOS
 INCLYTI
 DVCATVS MAGDEBVRGICI
ORDINES
 LONGE GRAVISSIMOS
 QVA
 FELICIA
 ANNI P. R. S. MDCCXXXV.
 AVSPICIA
 DEVOTO ET OBSERVANTISSIMO ANIMO
 GRATVLATI SVNT
 MENSARVM MAGDEBVRGICARVM PROVIN-
 CIALIVM ALVMNI.



HALAE MAGDEBVRGICAE,
 Literis JOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.



Kapsel 78N 14 [126]
 X 3165166 AK





RARTHENII PROCERES, illustris membra
Senatus

Et series Augusta patrum, qui publica nostræ
Commoda curatis patriæ, populiq[ue] salutem

Asseritis pollente manu, qui regna tueri

Nostis, & in tuto percussos ponere ciues.

Ipsa quibus virtus pretium est; quos excitat ingenis

Et patriæ non legnis amor, vel dextera fortis,

Ingenii vigor, & sapientia nobilis ævo

Consecrat, & pulchri commendant regibus ausus

Qui tantum in nostrum vires impenditis vsum

Solis ad exemplum. cunctis qui lumina terris

Diuidit, oblitusque sui, communia curat

Commoda, nec sibi, sed reliquis mortalibus ardet.

Parcite, & audaci faciles adplaudite cœpto,

Sic ius sit pietas, iniunxit gratia mentis

In Vestrum prodire decus, testesque fateri

Clara tot ingenui, quæ sint, monumenta fauoris,

Vadimus, ILLVSTRES ANIMAE, sublimia Pindi
Culmina scanfuri, laudumque arrecta cupido
Et Vester proclivis amor, studiumque fauentum,
Dant cupidis stimulos, viresque animumque ministrant;
Feruēt opus: spatium vigilatæ tempora noctis
Supplēt, curta dies quando contractior exit,
Impensusque labor maius capit incrementum,
Sic operum læti, Themidis præcepta secundis
Auribus imbibimus, legesque audimus auorum,
Sanctaque diuini legimus mysteria verbi,
Quod petimus. natale solum est; huc tenditur omnis
Ingenio feruente labor, iuuat æmula cura,
Et premimus, (liceat magnis componere parua)
Vestra secuturi partæ vestigia laudis,
Non tardant alimenta viam, non tardat euntes
Prouida præsentum mens, anxietasque bonorum,
Larga Borusiaci facit indulgentia Regis,
Paupertatis amor, Vestroque in pectore molles
Affectus, inopesque in nos generosa voluntas.
Poscimus, & voto fruimur, stat mensa paratis
Plena epulis, cœnamque & dulcia prandia donat.
Quæ circumspèctadum voluimus omnia mente,
Corque animusque volunt iustas perpendere grates,
Et fèsta bona verba die: pia thura dicamus,
Non quæ diues Arabs, non quæ Gangetis ad vndas
Inde tenes, Tyrii non munera mittimus ostræ,
Candida simplicitas & simplex candor in ista,
Ad Vos adfectare gradum, memorisque recentes
Primitias animi, gratesque reponimus amplas,
Nos agerent hæc dona reos; si nulla moueret
Immemor, oblitum meritorum, gratia pectus;
Cum tamen Aonio gratisima flumina Sala
Atque Albis Vestro læti de nomine currunt.

Dilecti patriz, dilecti viuite Regi
Præcipuumque decus, subiectorumque voluptas,
Annuat humano, PATRES, cœleste fauori
Arbitrium, fauceat Vobis clementior æther,
Omnia difficiles auertant sidera casus,
Illæsum sanctumque caput, canisque decorum
Esto senectutis pretium memorabile Vestrae,
Non mutet fortuna domum, sed fixa per omnes
Procedat sine labe gradus, & honesta triumphet
Libertas, vigeat Vobis secura sub astris
Maiestas, populique salus, forsque optima regni,
Sic date venturo magnis virtutibus æuo
Materiam, scriptosque legent in carmine patres
Posteritas, tollent Vestrum pratoria nomen
Curia, Pierique lares, fastigia, turrets,
Et quicquid sublime futuros surget in annos,
Post longa in cœlum redeatis tempora feri,
At, dum vita datur, timidas seruate Camœnas,
Templa Dei, legesque patrum, veramque probata
Pergite religione fidem, ciuesque tueri,
Aeternumque ferent merita immortalia nomen,
Vestraque laudabunt venturi secla nepotes.



78 N 14 [126] VD 18

GRATAE MENTIS
TESSERA

AD

V I R O S

CRILLVSTRES

ERENDISSIMOS

NEROSISSIMOS

ATQVE

E L L E N T I S S I M O S

I N C L Y T I

A T V S M A G D E B V R G I C I

D I N E S

L O N G E G R A V I S S I M O S

QVA

FELICIA

N I P. R. S. M D C C X X X V.

A V S P I C I A

T O E T O B S E R V A N T I S S I M O A N I M O

G R A T V L A T I S V N T

M A G D E B V R G I C A R V M P R O V I N -
C I A L I V M A L V M N I.

H A L A E M A G D E B V R G I C A E,

I S C H R I S T I A N I H I L L I G E R I, Acad. Typogr.



Kapsel 78N 14 [126]

X 3165166

AV

